



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Censvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

- dia pars fructuū vnius annui beneficij a Sede Apostolica collati, cuius valor excedit 24. ducatos de Camera, tamen ad hunc effectum, vt passim videmus non taxantur distributiones cum longe a fructibus distent, nec de distributionibus annata soluitur, & propterea nulla annata soluitur de Canonicatibus Basilicæ Sancti Petri Urbis, quamuis ad ferè mille ducatos ascendat valor, nec Ecclesiæ Toletanæ, & Hispaniæ, ac aliarum, quæ ascendunt ad ducatos duo mille vna, cum distributionibus, nam ad hunc effectum solum, exprimitur valor 24. ducatorum, eo quod si non resident nihil valent. Gomez. in reg. de valore, q. 8. ante finem, versic. quia clarum est Aragon. 58. manuscript. Gutierrez in q. Canonica 1. num. 122. lib. 1. Parisius de resign. lib. 10. q. 2. num. 69. licet in Canonicatibus Cathedralium Cordubæ, & Salamantin. Hispaniæ aliud sit ex eo quod illorum valor consistit in magna parte fructuum ratione præfimoniorum annuorum teste decisione 1408. incipit Fab. par. 3. lib. 3. diuersi. in impressis.
- 9 Similiter quamuis prouisi de beneficijs non faciunt fructus suos, donec iuramentum fidei personaliter, & non per procuratorem præstiterint, vt disponit Concil. Trid. sess. 24. c. 12. de reform. versicul. prouisi etiam, distributiones, tamen acquirunt, & faciunt suas, quamuis non iurauerint, vt declarauit Illustrissimi D. D. Cardinales in hæc verba. Congregatio censuit distributiones quotidianas non comprehendit sub verbis Concilij hic, quoniam dantur ratione ministerij personalis, & propter operas suas & illas percipiens facit suas.
- Similiter Mandos. consil. 15. num. 2. & ante nu. 5. & per totum consuluit quod Concil. Trident. sess. 23. 10 cap. 18. de contribut. faciend. pro seminario non comprehendit distributiones quotidianas.
- 11 Pariter, qui possidet beneficium vigore gratiæ ab Ordinario obtentæ, licet in noua prouisione, Papæ teneatur narrare fructus, quos percipit, & de illis se componere cum Camera Apostolica aliàs gratia erit nulla, Puteus cum alijs decis. 26. nu. primo.
- 12 Secus tamen est in distributionibus quotidianis Cas. sad. decis. 6. in princip.
- 13 Et sic deueniendo ad casum nostrum ex distributionibus quotidianis non debetur charitatiuum subsidium inspecto iure communi, nisi contrarium fuisset sanctum, de Belenc. in tract. de char. subsidio q. 75. num. 1. & 2. Lapsus alleg. 136. numero 7. per totum Mandos. consil. 15. num. 4. Mant. consil. 1. lib. 1. post num. 89. ver. non obstat 4. vbi idem de decimis dicunt.
- 14 Sicut etiam indultum concessum ad lucrandum, fructus in absentia non comprehenderet distributiones glos. ver. adiuerint in c. vnico de Cler. non resid. in 6. & ibidem Prob. num. 50. in fine Cas. decis. 1. cod. tit. Conar. lib. 3. var. c. 13. num. 2. ad medium vers. sed quamuis Princeps.
- 15 Immo si indultum esset ad percipiendas etiam distributiones quotidianas in absentia priuilegiatus illius vigore haberet tantum illas, quæ sunt in pecunia, non autem panem, & vinum, & alia similia quæ in denarijs non consistunt secundum Archid. in c. sacerdos n. 3. q. 2. & in c. vnico sub. n. 1. versic. non tamen talis percipiet victualia de cler. non resid. in 6. quem sequitur Lup. in l. 19. glos. las distributiones vers. & bene nota. tit. 16. partita 1. vbi declarat procedere quando quædam essent in pecunia, & quædam in pane, & vino secus si omnes essent in pane, & vino, & similibus, & nullæ essent pecuniæ argum. leg. fundus qui locatus est 24. cum leg. seq. ff. de fund. instruct. l. quib. diebus 40. §. Dominus, vbi notat Bart. ff. de condit. & demonstrationibus.
- Quibus annexo quod literis operam dantes, vel

magistri docentes in aliqua Academia ad maiorem vtilitatem Ecclesiarum, licet in absentia possint recipere beneficiorum fructus non tamen prædictas distributiones c. licet 32. & ibi gl. ver. distributiones de præb. Conar. d. lib. c. 13. num. 2. post principium.

18 Quod etiam procedit quamuis de licentia Papæ sit absens studiorum causa, vt censuit Congreg. Sacri Conc. declarans c. 3. sess. 21. de ref. dicens sic.

Absentia causa studiorum etiam obtenta a Sede Apostolica non excusat ab amissione istius tertie partis detractæ, sicut nec excusat ab amissione cæterarum distributionum quotidianarum.

19 Idemque erat dicendum de Canonico lectore sacra Scripturæ in qualibet Ecclesia, iuxta formam c. 1. sess. 5. Conc. Trid. nisi Papa Greg. XIII. de gratia speciali illas condonasset, vt dixit eadem Sac. Congreg. sub his verbis.

Idem censendum est de docentibus in Ecclesijs, qui quamuis a seruitio chori absentes essent possunt percipere fructus suorum canonicatum exceptis quotidianis distributionibus, sed ex gratia diebus quib. legunt habendi sunt sicut præsentibus in choro, & inferuientes non modo pro illis horis, vt si mane legunt pro horis matutinis, & missa solemni sed etiam pro tota die vt declarauit S. D. N. Greg. XIII.

20 Fuit etiam declaratum quod celebrantes missam priuatim tempore horarum non debeant habere præfatas distributiones vt sequitur.

Qui tempore, quo cantatur vna hora in choro, missam celebrat in eadem Ecclesia, vel deuotione, vel obligatione non dicitur interfuisse illi horæ, nec illius distributiones accipere potest, si vero iussus fuerit a superiore vt celebraret tunc reciperet, superior tamen debet cauere a tali iussione.

21 Eadem & maiori etiam ratione, qui absunt tribus mensibus a Conc. Trid. concessis per c. 12. sess. 24. de ref. nequeunt pro illo tempore consequi quotidianas distributiones, vt etiam declarauit Sac. Congreg. 3. Aug. 1586.

22 Nec prætermitto quod præbendati associantes suum Episcopum extra Ecclesiam non lucrantur distributiones c. de cætero c. ad audientiam de cler. non resid. l. fin. tit. 16. par. 1. Boer. decis. 17. nu. 12. ac declarauit ead. Congregatio sacra sic.

Non possunt Canonici videlicet duo, aut plures associantes eorum Prælaturam quandoque volentem, audire missam non in Cathedrali, sed in alia Ecclesia ciuitatis participes fieri distributionum quotidianarum, quæ non nisi præsentibus, & inferuientibus datur.

Accedit tex. in c. cum non deceat 3. de elect. lib. 6. ibi quotidianis distributionibus duntaxat exceptis 23 vbi habetur quod absentes a suis Ecclesijs, & ad Curiam accedentes pro vtilitate Ecclesiarum debent habere fructus, non tamen quotidianas distributiones Boer. d. decis. 17. num. 16.

24 Nec in congrua portione assignanda sunt computandæ quotidianæ distributiones. Rebuff. in tract. de cong. port. q. 8. nu. 83. & 86. Rota decis. 5. num. 4. & per tot. part. 2. diuersi. de Grassis decis. 6. num. 12. & 13. de præb. & passim seruat. Rota.

PRAXIS CENSVS.

RESOLVT. XCVII.

- 1 Contractus emphyteoticus supponit dominij concedentis.
- 2 Qui vult consequens, vult etiam necessarium antecedens.
- 3 Enunciatiua in contractibus, probat inter ipsos contractentes, donec contrarium probetur.
- 4 Per inuestituram non probatur dominium, nisi aliunde constet.

5 An-

5 *Antiqua instrumenta probant dominium etiam inter alios.*

6 *Per instrumentum locationis, non probatur dominium locantis.*

An per instrumentum venditionis cum onere soluendi censum probetur census,

AN instrumentum emphyteusis probet dominium illius, qui in eodem instrumento dicitur esse dominus: & emphyteusim concessisse, aduersus Titium, qui in eodem instrumento dicitur ab eo accepisse, & videtur quod probet, quia contractus emphyteuticus præsupponit dominium concedentis, l. 2. l. final. C. de iur. emphyteut. l. 1. ff. si ager vectigal. unde qui accepit in emphyteusim videtur omnino fateri concedentem esse dominum quasi necessarium antecedens, seu suppositum contractus, quia qui vult consequens videtur velle necessarium antecedens l. ad legatum l. ad rem mobilem ff. de procurat. præterea, verba etiam enunciativa, quæ reperiuntur in contractibus, probant inter ipsos contrahentes, donec contrarium probetur l. optimam C. de contrah. & com. stipul. l. cum aliquis C. de iure de lib. c. cum venerabilis de except. l. contrahitur, ff. de pignor. ca. omnes 27. quæst. 2. & hoc sane quando illa, quæ enunciativa dicuntur in scriptura sunt necessaria in contractu, de quo agitur, vt ait Anton. c. illud de præsup. Matthæ fil. sing. 70. Alias probat Alex. consil. 136. col. 1. lib. 1. Dec. latè consil. 389. v. longa serie, n. 9. & plures alij relati per nouum add. Matthæ fil. d. sing. 80. & præterea Diaz. l. iur. iugent. §. quod fere, n. 3. ff. de pact. Decius latè in Auth. si quis in aliquo n. 34. Iacob. nu. 152. C. de edend. vt autem emphyteusis celebratur necessarium est præmittamus concedentem esse Dominum, igitur, & c. & ita quod ex contractu emphyteutico celebrato tanquam super re Ecclesiæ, probetur Ecclesiæ esse proprietariam, seu dominam, docuerunt Bald. & Imol. l. cum tale §. si ff. de cõd. & demonst. per tradita in l. cum falsa C. de iur. & fac. ignor. & l. qui rem C. locati, & l. plures apochæ C. de fid. instrum.

Sed his minime obstantibus contrarium verius est, vt videlicet ex instrumento inuestituræ non probetur dominium concedentis emphyteusim, vel feudum, non solum contra alios, qui est casus sine dubio, quia res inter alios, & c. sed nec contra ipsum recipientem seu conducentem ab Ecclesiâ, seu alio particulari nisi aliunde probetur ita Dynus, & Bartolus in l. legatâ inutiliter, col. 2. ff. de adim. legat. argu. illius tex. & l. ad probationem C. locati Alex. post. Bartolum in l. si alienam, ff. solut. matr. num. 3. Ioan. Fabr. §. æque si agat vers. 4. quæritur iust. de act. P. Iacob. in sua praxi in fine primi libelli l. 1. n. 178. C. i. so tit. Aret. in l. si aliquam rem, ff. de acq. poss. vbi Ripa num. 39. in fin. Claud. Marmer. in repet. l. naturaliter, §. nihil commune num. 25. ff. de acquir. poss. Ioan. Rymin. conf. 410. nu. 3. vol. 3. & in conf. 93. num. 18. lib. 1. & n. 15. Alex. consil. 43. visis, & ponderatis num. 7. lib. 4. & consil. 12. viso processu col. 1. nu. 4. eod. lib. vbi testatur hanc esse communem sententiam, rursus eandem communem esse profertur Carol. Ruin. conf. 191. præmittendum est nu. 17. lib. 1. & n. 18. inquit ab hac opinione non esse recedendum, tenet idem Ruin. conf. 47. n. 6. lib. 1. Barba. in conf. 50. l. rem quæ nobis col. 4. ff. de acq. poss. Curt. iun. conf. 41. n. 8. vbi dicit, quod ista est vera & communis conclusio Soc. conf. 89. nu. 16. & 18. lib. 1. innititur autem hæc recepta sententia ratione mihi parum concludenti ex regula generali, quod inducta ad diminutionem non debent operari contrarium effectum: proinde cõcessio in emphyteusim, quæ inducit ad diminutionem vtis dominij, quod transfertur in accipientem non debet operari

dominium, seu probationem dominij in concedente, si aliunde non probatur, ista. n. ratio licet persuasiva non sit efficax: quia concessio emphyteusis non fit ad diminutionem iuris concedentis, nec partes illud agunt, aut intendunt, sed fit ad rem meliorandam pro Domino, & emphyteutæ communi vtilitate, vt diximus q. 2. nec ex hoc ius dantis censetur diminutum, propter recognitionem, & solutionem pensionis; melior ergo videtur ratio prædictæ communis sententiæ: quia dominium non pendet ex assertionem concedentis rem emphyteuticam, vel recipientis; nam, & aliena res potest in emphyteusim concedi sicuti, & vendi, l. rem alienam ff. contra empt. similiter, & locari, l. si vrbana prædia, ff. de cond. ind. quamuis ab alio sit possessa l. nemo C. locati, quia consideratione, & ratione dissoluntur argumenta ex aduerso adducta, & hac ratione vitur Riminaldus d. conf. 98. num. 25. & d. conf. 410. nu. 4. licet & rationem communem referat pro ea tamen est tex. clarus, & ibi doctores in l. ad probationem C. de prob. tex. cum gl. verbo locauisset, & ibi Abb. nu. 5. in c. cum venerabilis de relig. do. & in c. cum venissent col. 4. de rest. spoliat. tradit. Guill. c. Rayn. verb. & uxorem n. 445. cum seq.

Qua retenta inferitur primo, quod etiam si instrumentum inuestituræ, seu emphyteusis sit antiquum, imo, & hominum memoriam excedat, adhuc ex eo non probabitur emphyteusis, seu feudum; licet. n. antiqua instrumenta probent dominium etiam inter alios, vt tradunt Bald. & alij l. cum aliqui C. de iur. delib. at instrumentum concessionis emphyteuticæ, licet valde antiquum non probabit dominium concedentis secundum communem, quia cum talis concessio tendat ad diminutionem iuris concedentis, certè non potest inducere probationem dominij, quod est augmentum, & æque militat ratio, siue instrumentum sit antiquum, siue modernum; & ex hac ratione ita consuluit Car. Ruin. conf. 161. num. 17. & 18. lib. 1. & satis voluit Specul. de emphyteusi, vers. 57. n. 72. cum ait quod si antiqua chartula dicit, quod Ecclesiâ concessit Petro in emphyteusim rem, quam nunc habet Martinus non probabit talis chartula dominium contra Martinum, quod bene notandum ait Feli. cap. cum causam n. 3. ver. ideo eleganter de prob. quicquid de instrumentis antiquis locationum in contrarium scribat Aymon plures citando conf. 54. n. 11. proinde vulgaris traditio interpretum post Bal. in d. l. cum aliquis de prob. dominij per antiqua instrumenta limitari debet circa confines antiquos: vel attenda communi ratione debet intelligi, vt non procedat in instrumento emphyteuticæ concessionis, licet nimis antiquo: quamuis Fel. d. c. cum causam, n. 3. vers. intellige vt puto velit, quod si inuestitura esset in forma instrumenti, & esset antiquissima, bene probaret dominium Ecclesiæ: quod cum superioris sententiæ rationibus in hac materia non congruit.

Secundo inferitur, quod & si maxime verba instrumenti quantumvis enunciativa probent inter ipsos contrahentes, vt in allegata l. optimam, non sic erit in instrumento inuestituræ, vel emphyteusis: quia non probabit dominium concedentis etiam aduersus recipientem attenda ratione cõmuni, & id planè agnoscunt Bar. Dynus, Alex. & alij, qui communem sententiam sequuntur nouissimè Carol. Ruyn. dict. conf. 161. num. 13. & erit hæc singularis limitatio ad l. optimam ultra tres alias, quas eleganter scribit nouus Addit. Matthæ fil. dicto sing. 80. quarum alteram de enunciatione eius rei, quæ non pendet a voluntate partium ponit optimè Alciatus, conf. 9. num. 12.

Tertio inferitur quod si quis priuatus aut Ecclesiâ agat rei vendicatione, & ad probationem dominij (prout requiritur iuxta l. in rem actio, ff. de rei vend.) asserat instrumentum emphyteuticæ concessionis factam

et a se, vel antecessoribus suis non ideo obtinebit, quia ut resoluimus num. 3. & tradit nouiss. Marcus decif. 615. num. 31. instrumentum emphyteusis non probat dominium concedentis emphyteusim, nisi aliunde probetur per alios modos, quos scribunt Bar. & alij in l. rem quae nobis, quae est vltim. ff. de acqu. poss. vbi Iason num. 27. & 28. Bar. Bald. l. cum super l. indicia. C. de rei vend. Canon. in cap. illud de praesumpt. & in cap. cum causam de prob. Soc. conf. 54. num. 3. vol. 3. latè Paul. Paris. conf. 104. nu. 9. & 103. lib. 1. & num. 169. & conf. 115. num. 81. lib. 8. & conf. 57. num. 44. lib. 4. Guid. sing. 484. nouissimè Claud. Marmer. in repet. l. naturaliter. §. nihil commune ex num. 19. ff. de acqu. posses. Rymin. conf. 93. lib. 1. & alij passim, qui tamen omnes fatentur valde difficilem esse dominij probationem, ut ante eos dixit gloss. l. etiam §. 1. verbo deberet, ff. de pet. hered. text. cap. sapè de rest. spol.

Quarto inferitur similiter ex superiori conclusione 6 per instrumentum locationis non probari dominij locantis, vnde si instrumentum dicat, quod a te conduxisti talem rem tuam, non probatur dominium, ut est text. in cap. inter dilectos, vbi notat Felinus. n. 8. de fid. instrum. l. ad probationem, vbi docuit Bald. in fin. vers. quæro si instrumentum. C. locati, & vtrouque Doctores communiter Paris. conf. 27. volum. 4. & conf. 136. num. 80. col. fin. lib. 1. & conf. 202. super causa, vol. 2. Abb. conf. 34. illa quinque dubia, col. pen. votum 2. Gabriel Sarai in addit. Matthes. sing. 80. in fin. & conuincitur illis rationibus, quibus vulgò receptum est dominium non probari ex instrumento emphyteusis, siquidem magis arguit emphyteusis dominium concedentis, quam locatio, & verba illa sunt enunciativa, quae non operantur, nisi circa valorem actus, qui geritur, hoc est locationis, non circa dominium, de quo principaliter non agebatur tempore locationis, vnde si postea de dominio principaliter agitur non proficiunt illa verba enunciativa in instrumento iuxta doctrinam Anton. in alleg. cap. illud de praesumpt. & Matthes. vbi supra, & quæ latissimè circa illam doctrinam scribit Crauetta de antiquit. temp. 1. part. ex num. 57. & 58. vbi & hanc nostram illationem tradit, ut meminit nouissimè iudiciosus Ioannes Maria Nouarius in quadam sua allegatione manuscr. in simili articulo facta.

RESOLVT. XCVIII.

- 1 Censur vitalitius non potest constitui in genere super omnibus bonis, sed requiritur certum corpus.
- 2 Censur non potest constitui, nisi super certo corpore in specie in Regno Neapolitano.
- 3 Quando corpus suppositum censui vitalitio alienatur voluntarie, procedi potest ad rescissionem contractus.

An instrumentum censur vitalitij possit rescindi ob alienationem corporis suppositi in constitutione ipsius.

PRO dubij propositi declaratione notandum est, quod censur vitalitius non potest in genere constitui super omnibus bonis, nec etiam in persona venditoris cum obligatione, & hypotheca omnium suorum bonorum, sed necessario requiritur certum corpus super quo constituatur censur praedictus, ita reprobata opinione Cou. & aliorum scripsit Nauar. in cap. 1. num. 81. 14. q. 3. & etiam in dict. clement. de vsur. vbi pro hac sententia allegat. Ioan. Anton. Ioan. And. in cap. in ciuitate de vsur. & alios, idem probauit Aluar. Valaf. in tract. de iure emph. quæst. 32. num. 20. Greg. Lopez in commentar. ad l. Taur. l. 28. tit. 5. partic. 5. Guttie. & alij, quos reprobata ciu-

dem Couarruiaz, & aliorum sententia probat nouissimè Molin. in tract. de contractibus, disp. 388. in verb. communior tamen sententia, & eisdem reprobat idem probat And. Facch. lib. 2. contr. in cap. 44. probat etiam Surd. conf. 318. toto, & in specie nu. 13. vol. 3. & Rod. quos duos vltimos probat Scipio Rouitus Regius consiliar. & doctor eximius in pragmat. vnica in tit. de censib. num. 16. & 17.

Confirmatur hæc sententia ex Bulla Nicolai Quinti recepta in hoc Regno, & obseruata pro lege ut iussit Rex Alphonsus, ut habetur in d. prag. vnica de censibus, qua cauetur quemlibet annuum censum non posse constitui, nisi super certo corpore in specie, ut etiam probant Pet. Foller. in tract. de censibus in cap. incip. censur enim dici solet num. 49. ut legitur tom. 6. tract. par. 2. fol. 143. Caneet. in extrauag. num. 10. & seqq. fol. mihi 164. Rouit. d. num. 16. & 17. & quamuis secundum Bullam Pij Quinti possit etiam censur constitui super pluribus corporibus bonorum, melius tamen est etiam secundum dictam Bullam, ut constituatur super certo corpore Ferdin. Rebell. in tract. de obligatione iust. par. 2. lib. 10. de censibus quæst. 4. num. 1. & seqq. de qua re cum dubium sit, si dicta Bulla Pij Quinti sit recepta in hoc Regno, & Bulla Nicolai sit receptissima etiam pro lege ideo standum est Bullæ Nicolai, ut constituatur censur super certo corpore: vnde ob defectum corporis non existentis, super quo censur fuit constitutus licet proceditur ad rescissionem contractus, hanc conclusionem probat Canettus dicto capitulo successiue subnectitur, num. 11. & sequentibus, fol. 164. post Castador, Roland. à Vall. confil. 35. num. 41. volum. 1. Menoch. de praesumpt. libro 3. praesumption. 106. numer. 17. & ita in censibus in genere constitutis pluries resolutum fuit in Rota Romana etiam quando venditor promisit renouare fideiussores intra certum tempus, & promissa non adimpleuit, prout vidi in allegatis decisionibus in hac causa per DD. Aduocatos Almae Urbis, & probat etiam nouissimè Farinac. decif. 827. per totam, & praecipue numero secundo, nec obstat si dicatur decisiones praedictas in censibus realibus procedere, & non in censibus vitalitijs; est enim dinatio, nam ut superius dictum est. conclusion. 1. contractus vitalitius nequit constitui sine certo tempore, ut etiam post alios probauit Molin. disput. 387. tota in tract. de contract. Facchin. libro 2. controu. iur. capitul. 44. & alij, & successiue si corpus suppositum censui vitalitio alienetur voluntarie per venditorem utique eadem ratio viget rescissionis contractus ob non existentiam corporis: alioquin esset aperta via fraudibus, ut in voluntate venditoris esset fraudare emptores eorum pretio, & ita annis elapsis fuit decifum per Magnam Curiam Vicar. in causa Ioannis Angeli Montanarij cum quibusdam Porterijs Sacri Consilij procedendum esse ad liquidationem instrumenti censur vitalitij ob non existentiam corporis suppositi censuali contractui, immo in causa dicti Ioannis Angeli cum eisdem Porterijs fuit decifum ob non solutionem tertiarum procedendum esse ad liquidationem instrumenti, & ita audiui indicatum in alijs causis, & consequenter non debet aduersarijs videri durum si per Sac. Con. fuit indicatum in hac causa ob alienationem corporis procedendum esse ad rescissionem contractus prout eadem sententia mediante fuit rescisus, & condemnati conuenti ad restitutionem capitalis vna cum tertijs, ut legitur fol. 40. in dicto processu penes Viuium actorum magistrum.

RESOLVT. XCIX.

- 1 Clausula dummodo licita, & honesta in confirmatione Papæ, non habet locum in expressis.

2 Aff.

- 2 *Aequum est ut emptor rei fructifera, si non soluit pretium ut soluat fructus pro rata temporis quos venditor percipere potuisset, maxime si accessit confirmatio Papae.*
- 3 *Pactum de redimendo censum intra certum tempus est de iure positum.*

Impositio census facta sub conditione redimendi censum certo, & statuto tempore an sit valida.

Respondi in hac quaestione cum decis. Rotae in vna Romana nullitatis census. 5. Maij 1597. coram Corduba, cuius tenor est.

Andreas Quenus de mense Febr. 1583. vendidit Ioan. Lunanis officium Notariatus pro pretio sc. 4000. & Ioan. emptor. pro satisfactione partis d. pretij constituit censum scut. octuaginta, super scripturis dict. officij venditi; pro ducatis mille, cum pacto quod Ioan. teneatur censum redimere post sex annos, in quo contractu fuit reservatum beneplacitum Sedis Apostolicae, & non aliter, nec alio modo, qui contractus fuit postea de verbo ad verbum insertus in supplicatione, & confirmatus per sedem Apostolicam, sed cum pars heredum Ioannis prae-tenderet dictum pactum fuisse illicitum, & usurarium, & illud non comprehendere sub dicta confirmatione Apostolica, re per Dominos saepe discussa primum coram Illustris. & Reuer. Cardinali Blanchetto tunc Rotae Auditore, deinde coram me tandem 5. Maij 1597. fuit resolutum intrare confirmationem Papae, & dictum pactum fuisse sub illa comprehensum ex pluribus.

Primo quia id apparet ex lectura supplicationis, in qua dicitur, quod partes deveniunt ad supradictos contractus, & concordiam, ac conventiones, & pacta sub beneplacito sedis Apostolicae, & cupiunt, & supplicant illa omnia contenta in instrumento confirmari, & propterea simpliciter confirmat, ex quo fit ut censetur etiam confirmasse pactum constitutionis census ex eo modo quo fuerat factum, cum sit insertum in eodem instrumento, cap. olim decis. 1. in antiq. & decis. 9. in novis Felyn. in cap. super literis nu. 10. extra de rescript.

- 1 Non obstat clausula apposta, videlicet dummodo licite, & honeste, &c. quia stante insertionem totius instrumenti, & quod petebatur etiam confirmatio aliorum pactorum, de quibus in schedula non inserta, illa clausula intelligitur, quoad contenta in dict. schedula inserta, & fuit dictum in legione si iurisdictionis 11. Maij 1580. coram Rer. Patre D. meo Decano in illa schedula, quorum confirmatio petebatur, propterea noluit confirmari, nec secuta ex eis nisi cum illa clausula quatenus essent licite, & honeste cum ignoraret, quae & qualia forent, quae ratio non adaptatur ad pactum, de quo quaeritur cum illius tenor esset insertus in instrumento, & propterea videtur, quod facit ut confirmatum dicatur ex certa scientia cap. ult. confirm. vii. vel inutil. & ibi post Abbat. Dec. num. 1. Rom. consil. 128. num. 7. Ferrer. consil. 38. num. 6. Ruin. consil. 227. num. 5. lib. 4. & tenuit Rota coram Reuer. patre D. meo Pamphilio 26. Novembris 1594. in vna Veronensi exemptionis.

Secundo moti fuerunt Domini, quia praestat iustam causam, confirmatque maxima aequitas cum enim venditio, & constitutio census sint posita in eodem instrumento, taliter quod venditor non fuisset venditurus, si census non fuisset constitutus, sufficit ad effectum, quod actus dicantur correlative etiam quod habeant causam l. cum eis d. §. interdum de edil. sed. Bart. in l. Aur. §. idem quaesit. num. 3. de lib. l. Dec. consil. 245. n. 5. & consil. 421. col. 1. & in l. petens 2.

not. C. de pac. Tiraq. de retract. lignag. §. 22. gloss. 1. n. 2. Corn. consil. 36. & 117. utroque num. 14. lib. 2. & consil. 57. nu. 17. & 119. n. 10. lib. 3. Soccin. consil. 273. n. 4. lib. 2. Felyn. in ca. pastoralis n. 7. de rescript. Crecet. decis. 28. Mohedan. 114. Peregr. 85. Put. 214. lib. 3. & dec. 3. de Symon. & fuit dictum coram D. meo Decano 28. Aprilis 1578. in vna Romana donationis Rot. diuers. decis. 446. n. 7. parte 3. coram Sanctissimo.

Stante ergo corresponsivitate cum Andreas officium vendiderit, & scripturas tradiderit, & consignaverit, & Ioan. pretium rei emptae non persolverit omnis aequitas clamat, quod pro rata pretij fructus rei emptae solvat, propter fructus, quos recipere potuisset venditor ex re sua l. curabit C. de act. empti. Couarr. var. resolut. l. 5. cap. 4. n. 5. versic. 3. & 8. Nauar. consil. 21. sub tit. de usuris lib. 5. Afflig. decis. 20. num. 4. Gabriell. de empt. & vend. conclus. 4. maxime quia cum scripturae istae soleant locari pro annua locatione octo pro centenario, & in vrbe iniuri societates super illis, ut fuit consideratum coram Reu. Patre D. meo Decano in vna Romana societatis 6. Novembris 1580. qui quidem fructus corresponsent fructibus taxatis inter ipsas partes, censetur per huiusmodi constitutionem ad sex annos potius dilata dilatio ad soluendum pretium taxato interesse proportionabili ad dictas scripturas ad Paul. de Cast. in leg. 3. numero 3. de eo quod cer. loco. Menoch. de arbit. libro secundo, cas. 119. Moder. de probat. conclusio. 934. numero 17. Mohedan. decis. 1. & 3. de usur. Rot. diuers. decision. 67. numero 1. parte 1.

Neque obstat quod in casu, de quo agebatur nulla poterat mora considerari ex quo breui manu pretium censetur solutum Andreae, & deinde Andreas satisfactus de illo censum imposuisse, quia ultra quod ad hoc ut intret dispositio huius aequitatis satis est mora regularis ut not. Couarr. & alij supradicti non possunt adaptari casui nostro, quia verba contractus cantant, quod mille ducati debeant permanere ad annum censum super scripturis, & sic apparet, quod pretium non fuit solutum, nec fictio brevis manus debet operari conditionem deteriore alterius contra dictam aequitatem, quod tanto magis locum habere videbatur Dominis, quia in hoc casu heredes Ioan. agunt de maximo lucro, quod consequentur computando in sortem principalem omnes fructus iam solutos, & conuerso Annibal. tractat de damno maximo vitando cum ultra aestimationem fortis principalis teneretur ad restitutionem fructuum in notabili quantitate.

Nec obstat quod pactum de redimendo censum infra sex annos sit contra substantiam census cum in illo internenerit mutuum cum lucro, Nauar. num. 122. rationem assignat Petr. Arag. de iustit. & iur. quaest. 29. art. 4. colum. fin. & quod non sit verisimile illud confirmare, quia ex deductis apparet responsio, quod voluit, & quod potuerit, dubitari non potest quia quamvis usura sit contra ius Diuinum tamen, quod pactum de redimendo intra certum tempus sit contra substantiam census, & illud vitiet, fuit inditum iure positum in extrauaganti D. Mart. V. Calisti III. quibus Papam derogare potuisse certi iuris est, imo dixerunt Domini in illa Vrbeuerana census Lunae 16. Junij 1593. coram Reuerendissim. Patre D. meo Gypio quod census formati ante constitutionem Pij V. cum pacto redimendi quoties imponens, &c. sustinentur per longam consuetudinem faciendo similem impositionem, dummodo huiusmodi consuetudo sit recepta a maiori parte populi credentis non fore contractum usurarium ad Doct. Bartol. in l. vt quis fugitiuus §. apud Labeonem n. 1. de edil. ed. quem

quem sequitur Alexand. consil. 39. nu. 2. lib. 3. Cepol. de simul. cont. in prin. num. 4. Bartol. de epit. par. 1. lib. 3. quaest. 14. num. 9. Tiraquell. de pen. temp. causa 48. num. 8. Grat. consil. 39. num. 4. lib. 2. Gabriel. de crimin. conclus. 8. nu. 3. Couar. in 4. par. cap. 2. §. 3. nu. 3. de vfu. & consuet. capit. 2. nu. 1. Nauar. in c. 1. §. tanto nu. 3. de pœnit. dist. 5.

RESOLVT. C.

- 1 Censu debet imponi super bonis liberis.
- 2 Vendens annuos redditus super bonis suppositis fidei commissio, pro aliquo pretio, potest cogi ad pretij restitutionem.
- 3 Ante euictionem sequutam agi non potest.

An censu impositus super bonis fideicommissis subiectis valeat.

Respondi negatiue, ex quo inter ea, quæ concurrere debent ad huius contractus validitatem, illud principale est, vt imponatur super bonis liberis, vt tradunt Thesaur. in decision. 152. Viuius in decis. 73. per text. in extrauag. Regimen. de emptione, & venditione, & ita iuxta præsentem opinionem censuit Rota Romana in vna Bonon. censu 20. Martii 1600. coram Penia, vbi secundum Farinacium decis. 304. censu impositus super bonis subiectis fideicommissio cum expressa prohibitione alienationis, nullus est, & venditor censu, & fideiussores ad restitutionem pretij recepti tenentur, vnde cum bona, super quibus censu fuerat impositus essent fideicommissa, & perpetuæ prohibitioni alienationis subiecta, non valuit contractus, & propterea potuit emptor rescindere impositionem censu, & compellere venditorem ad pretium restituendum, Dec. consil. 102. n. 10. versic. etiam quando lib. 6. & tenuit Rota in vna Romana censu de Cuppis die 27. Martii Anno 1577. coram D. Seraphino Oliuaro, & in alia Spoletana terrarum die 11. Nouembris 1599. coram D. Mellino, & iterum in eadem die 6. Martii 1600. coram eodem, & sæpe alias, cum enim bona non possent dari libera, proinde est ac si fuissent euicta, & consequenter locus erat restitutioni pretij, seu fortis principalis, l. si venditione ff. de euict. l. super empt. Codic. eodem, quo casu talis rescindens compellere poterat fideiussores sibi obligatos ex quavis causa, in casu etiam inualiditatis, & rescissionis contractus, Dec. consil. 30. nu. 4. versic. sed in questione Paris. consil. 79. nu. 42. & consil. 97. nu. 25. lib. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glo. 2. num. 2. quod sine difficultate videbatur dicendum in hoc casu, in quo fideiussores de legitima euictione, & generali defensione se obligauerunt, qui propterea tenebantur promissa adimplere Grammat. decision. 272. numero secundo, & tertio, & licet generaliter ante sequutam euictionem agi non posset, ea tamen regula limitatur multis modis, vt patet in prædicta, decis. in causa Romana de Cuppis, in qua contra fideiussores promittentes emptori tradi liberam, ante euictionem agi potest glo. in l. qui rem in versicul. non potest C. de euict. Olasc. decision. 24. nu. 4. Dec. dict. consil. 102. in fin.

Supradictis accedebat, quia fideiussores obligatio erat etiam secundum formam prouisionum Bononien. quibus cauetur, vt bona debeant tradi libera Alexand. consil. 63. numero 11. lib. 6. Dec. consil. 483. numero 18.

RESOLVT. CI.

- 1 Emptor secundus cui realiter possessio fuit tradita præferatur primo emptori.

- 2 Electione pendente venditio non dicitur perfecta.
- 3 Hypotheca, & constitutum in contractu censu non sunt pro principali, sed tantum pro solutione censu.

Censuarius contractus an dicatur validus si fuerit constitutus super prædiis eligendis nunquam facta electione, & an creditor medio tempore sit anterior.

Contractus fuit declaratus nullus per Senatum in materia censu ex eo, quia fuerat constitutus censu super viginti quinque iugeribus eligendis per censuarium emptorem ex maiori pretio, quæ electio nunquam facta fuerat, cum esset contra formam Bullæ, & fuit dictum non posse ideo inquietari tertium possessorem conuentum hypothecaria pro solutione censu, cum super bonis ab eo possessis nulla posset extare hypotheca, cum fuissent vendita pendente electione, nam non potest ex illo contractu dici ius aliquod reale translatum in emptorem censu, etiam quod adesset clausula constituti, immo secundus præfertur, cui realiter possessio fuit tradita Bartol. consil. 74. Morot. conf. 44. Boer. decis. 183. n. 6. qui loquitur de ista electione, quod illa pendente nulla sit venditio.

3 Minus autem potest competere hypotheca contractui resoluti, quia hypotheca, & constitutum in contractu censu, non sunt pro principali, sed tantum pro solutione censu, quia principalis nulla est obligatio, cum non cogatur venditor nisi volens pretium restituere ex bullarum tenore, & in instrumento nulla solet fieri promissio restitutionis pretij, dicerem tamen ex quadam æquitate competere hypothecariam contra tertium pro pretio facta plena excussione: ita fuit decisum in causa Olerij, & Baruchi me referente, 1614. 21. Aprilis.

P R A X I S C I T A T I O N I S E D I C T A L I S.

RESOLVT. CII.

- 1 Citatio per edictum fit contra interesse prætendentes, & dicitur per edictum, quia in muro fieri solebat.
- 2 Citatio per edictum non potest fieri à quocunque iudice, sed à Principe, eius delegato, vel magistratu ordinario, non tamen à pedaneis iudicibus.
- 3 Dicta citatio debet fieri in scriptis, vt appareat expeditam esse, quæ affigitur post publicationem in locis vicinis, num. 4.
- 5 Citatio per edictum debet pluribus publicis locis publicari, & affigi, saltem duobus, vel tribus.
- 6 Citatio dicitur nulliter exequuta, nisi sit relicta copia parti, quamuis sit affixa.
- 7 Citatio per edictum fit contra vagabundum, vbi versari solet, si clericus sit in foribus Ecclesiæ, quæ tamen non fit quando constat de loco certo.
- 8 In edictali citatione assignanda debent adesse duo, vel tres testes, & tempore celebrationis minorum, & exequutor debet explicare modum, & formam contentam in citatione, num. 9.
- 10 Locus non tutus pro citato allegatur.
- 11 Edictalis citatio fit post nominationem, & ante confirmationem beneficii.
- 12 Cum accipitur hereditas beneficio legis, & inuentarij in tali inuentario necessaria est citatio per edictum.
- 13 Edictalis citatio fit etiam per iudicem laicum in causa possessorij beneficii per viam extrajudicialis defensionis.
- 14 Dum aliquis vult promoueri ad sacros ordines fit citatio per edictum à Prelato, vt de eius moribus fide &c. deponatur.
- 15 Clericus non residendo trina monitione affixa in valuis Ecclesiæ, nisi venerit, beneficio priuatur.

16 Re-